UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

I. Maii. S. Vvalpvrga.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

Visual Library

S. WALPVRGA Abbatiſſa Monaſterij Heidenheim Eyſtettenſis diæceſis, ſoror Sanctorum Wilibaldi Epiſcopi Eyſtettenſis, & Wunibaldi Abbatis, & S. Richardi Regis filia, nata in Angliâ, virgo ſanctiſſimæ fuit conuerſationis, atq; multis virtutibus & ſignis clara enituit. Ad declarandam eius ſanctitatem Deus varia beneficia piè petentibus, ſub ipſius patrocinio clementer oſtendit. Obijt verò V. Cal. Martij in Monaſterio ſuo, vbi corpus eius primùm conditum eſt. Poſteà verò ſacræ ipſius reliquiæ Calend. Maij translatæ Eyſtadium, perenni fulgent miraculo. *Ex Trith. lib. 3. cap. 150. de vir. illuſtr.*

S. WALPVRGA
VIRGO.
O quam pulchra eſt caſta
generatio cum claritate!